Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IEREM

faciam eis audi ira. Ecce ego ad
ducam mala super populum istum
fructum cogitationum eius. quia uer
ba mea nõ audierunt. et legem me
am ad proiecerunt. Numquid tu
dn thus de saba offerris. et calam
suauem oleentem de terra longinqua.
holocausto mata uestra nõ sunt
accepta. et uictime uestre nõ placue
runt mihi. Propterea hec dicit dõ
minus deus. Ecce ego dabo in populo
meo ruinas. et ruent in eis patres
et filii simul. uicinus et proximus et
peribunt. Hec dicit dominus deus
Ecce populus uenit de terra aquilonis
et gens magna consurget ab finibus
terre. sagitam et scutum sublipiet
crudelis est. et non miserebitur. vox
eius quasi mare sonabit. et super eos
ascendent ꝑ equi quasi uir ad pugnam
ad uerbum te filia syon. Audiuimus
famam eius. et dissoluti sunt manu
uostre. et tribulacio appꝶhendit nos
dolores ut parturientem. Nolite ere
re ad agros. et in uia ne ambuletis
quoniam gladius inimici pauor i
circuitu. filia populi mei accinere
cilicio. et conspergere cinere luctum
unigeniti fac tibi planctum amaru
quia repente ueniet uastator super
te. Probatorem dedi te in populo meo ro
bustum. et scies. et probabis uiam eo
rum. Omnes isti principes declinan
tium ambulantes fraudulenter. Es
et ferrum omnes corrupti sunt. De
fecit sufflatorium in igne consump
tum est plumbum. frustra conflauit
conflator. malitie enim eorum non sunt
consumpte. Argentum reprobum
uocate eos. quia dominus proiecit
Verbum VII Illos
quod factum est ad ieremiam
a domino dicens. Sta
in porta domus domini. et predica i
bi uerbum istud. et dic. Audite uer
bum domini omnis iuda qui ingre
dimini per portas has ut adoretis do
minum. Hec dicit dominus deus
exercituum deus israel. Bonas
facite uias uestras. et studia uestra.
et habitabo uobiscum in loco isto. Nolite
confidere in uerbis mendacii dicen
tes. Templum domini. templum
domini est. quoniam si bene direxe
ritis uias uestras. et studia uestra. si fecer
itis iudicium inter uirum. et proxi
mum eius. aduenam. et pupillum. et uidu
am non feceritis calumniam. nec san
guinem innocentem effuderitis in
loco hoc. et post deos alienos non am
bulaueritis in malum uobismetipsis
habitabo uobiscum in loco isto. in terra
quam dedi patribus uestris. a seculo
et usque in seculum. Ecce uos confidi
tis uobis in uerbis mendacii. que
non proderunt uobis. furari. occide
re. adulterari. iurare mendaciter. li
bare baalim. et ire post deos alienos
quos ignoratis. et uenistis. et stetistis
coram me in domo hac in qua inuo
catum est nomen meum. et dixistis
in otiis uestris. Liberati sumus
eo quod fecerimus abhominacio
nes istas. Numquid ergo spelunca la
tronum facta est domus ista in
qua inuocatum est nomen meum